

IN

277.

11

DAEMONIACOS
S. EVANGELICAE
HISTORIAE
ET
SELECTOS QUOSDAM
V. AC N. FOEDERIS TEXTUS.

RESPONDEBIT

RELIGIOSUS PATER

LOTHARIUS WOLZ,
IN CONVENTU MARIANO PROPE FULDAM ORD.
FF. MIN. STRICT. OBS. RECOLL. PROV. THUR.
S. ELISABETH, SS. LITERARUM AUDITOR.

DISPUTATIONIS
MODERATOR ERIT

P. SERAPHINUS HIPPLER,
EJUSDEM SACRI STUDII LECTOR.

ANNO MDCCCLXXIX MENSIS *Maii* DIE *4.*

FULDÆ,

typis J. J. Stahel, Typographi & Bibliopolæ Aulæ &
Universitatis.

Bint. 393 (11)

S. CYPRIANUS AD DEMETRIANUM,

Africæ Proconsulem. edit. Paris. pag. 282.

Siquid Diis tuis numinis & potestatis est, ipsi in ultiōnem suam surgant, ipsi se sua maiestate defendant: aut quid praestare colentibus possunt, qui se de non colentibus vindicare non possunt? Nam si eo, qui vindicatur, pluris est ille, qui vindicat, tu Diis tuis major es. Si autem iis, quos colis, major es, non tu illos colere, sed ab iis potius coli debes & timeri at Dominus. Sic illos laesos ultio vestra defendit, quomodo & clausos, ne pereant, tutela vestra custodit. Pudeat te eos colere, quos ipse defendis, pudeat tutelam de iis sperare, quos tu ipse tueris. O si audire eos velles, & videre, quando a nobis adjurantur, & torquentur spiritualibus flagris & verborum tormentis obfessis corporibus ejiciuntur, quando ejulantes & gementes voce humana & potestate divina flagella & verbera sentientes, venturum judicium confitentur. Veni & cognosce vera esse, quae dicimus. Et quia sic Deos colere te dicis, vel ipsis, quos colis, crede, aut si volueris & tibi credere, de te ipso loquetur, audiente te, qui nunc tuum peccatum obfedit, qui nunc mentem tuam ignorantiae nocte coecavit: videbis nos rogari ab eis, quod tu rogas, timeri ab eis, quos tu adoras. Videbis sub manu nostra stare vincitos, & tremere captivos, quos tu suspicis & veneraris ut Dominos. Certe vel sic confundi in iis erroribus tuis poteris, quando conspexeris & audieris Deos tuos, quid sint interrogatione nostrâ statim prodere, & praesentibus licet vobis praestigias illas & fallacias suas non posse celare.